

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Guilielmo Reiffenstein Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Guilielmo Reiffenstein Philippus  
Melanchthon S. D.

Accepi tuas literas à uobis, de missione Erhardi. Quæsiui igitur uobis alium pædagogum, non omnino (ut spero) deteriorem Erhardo: est ei nomen Marcellus, & Fracus ex oppido Königberg, ac uobis iam diu optimè notus. Mores sunt castissimi & honestissimi, & minus habent Saxonice ferocitatis. Doctrina in his artibus iuuenilibus, & in philosophia aliquanto, ut ego existimo, maior quàm in Erhardo: fortasse minus cõposita est ad ostentationem. Sed hoc non requiritur. Spero itaque uobis placiturum esse hominem, quem quidem inuitus ex schola dimitto. Nondum aliquid promisi Marcello, sed tibi: cum uideritis hominem, liberum erit uobis hominem aut recipere, aut remittere. Bene ualete.

Eidem.

Martinus obtulit mihi tuum munus: quod cum sit amplissimum, nescio quibus uerbis tibi gratias agam. Sic autem effusa erga me liberalitate es usus, ut si me tibi Atticum in nexum obligem, satisfacere pro tot beneficijs nõ possim. Nunc aureum hoc munus, me magis etiam obligat. Dabo tamen operam ut intelligas, hæc in hominem gratum & merorem collocata esse. Rhetorici libelli iam exi-

p s bunt,